



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 17. De causus à peccato excusantibus non seruantem iejunium
Ecclesiasticum,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78322](#)

CAP V DECIMVM SEPTIMVM.

De causis à peccato excusantibus non obseruantem ieiunium Ecclesiasticum.

S V M M A R I V M.

- 203 Hæresis Begardorum & Beguinarum, quod soli peccatores obligentur ad ieiunium.
 204 Iusta causa excusat à peccato non obseruantem, quæ varia est.
 205 Per causam impotentie adolescentes usque ad 21. annum excusat à ieiunio Ecclesiastico.
 206 An id sit intelligendum cum aliqua restrictione.
 207 Quando possint adolescentes ad ieiunium adstringi precepto.
 208 Adolescentibus, in quibus predicta excusatio locum habet, non licet in die ieiuniū cibis veritis vivi, & quando licet infantibus.
 209 Quis senes excusat à ieiunio Ecclesiastico, ac qui infirmi.
 210 Excusantur mulieres pregnantes & lactantes.
 211 Qui pauperes excusat.
 212 Necesitas excusat ad ieiunium.
 213 Excusatio agricolarum, & laboriosarum exercentium.
 214 An ea extendatur ad diem ieiuniū, in quo laborem intermitunt.
 215 Nec labor maximus necessarius est nec minimus sufficit ad excusandum à peccato violationis ieiuniū.
 216 Medicis regurritas: unde statuitur in particulari de artificibus, qui censantur ad ieiunio excusari quæcetero non.
 217 Excusatio eorum quibus aliquid debitum incumbit, quod exequi nequeunt ieiunando.
 218 Labor quem quis nequit cum ieiunio sustinere, excusat, cum fuerit necessarium insipiens, alias minime.
 219 Ex pietate excusat ad ieiunio qui incabit operi, quod minus est eodem ieiunio, nec ipsum secum paritur.
 220 Voluntaria peregrinatio ad loca sancta, quando excusat ab obseruatione ieiuniū.
 221 Quando ob amicitiam, aut metum grauem liceat frangere ieiunium.
 222 Excusatio existimantis bona fide iustam habere causam non ieiunandi.
 223 Desipplendo defectu per autoritatem Superioris, cum dubia est causa excusationis.
 224 Quod non est necessarium, si Papa aut Episcopus dispenseat in ieiunio instituto per seum, aut sui predecessoris decretum.
 225 Ieiunium pro tota Ecclesia in dictum quatenus relaxari possit ab Episcopo, ac etiam à Parochio, & à religiosisarum familiarium Praelatis.
 226 Documenta derelaxatione ieiuniū notanda pro praxi.
 227 Superior in dispensando non debet scrupulosus esse, nec rem in subdivisionem sentientiam reuicere.
 228 Qua ratione valeat Parochus relaxare ieiunium in causa dubia.
 229 Non potest Confessorius in causa dubia ieiunium relaxare.

Praeceptum Ecclesiasticum de ieiunio obligare quemlibet Christianum, nisi rationabilis de causa excusat. Caiet. in verbo ieiunio cap. 3. ostendit ex eo, quod ipsum generale sit, & toti populo Christiano commune, prout recepta Ecclesia vniuersa consuetudo declarat: quæ est sententia expressa D. Thomæ in cit. art. 4. & aliorum, quos in 4. distinct. 16. quæst. 3. art. 2. Gabriel commemorat.

Atque illud quod Begardi & Beguinæ absurdè senserunt obligare solos peccatores, non autem iustos & perfectos, bene refellitur ab Abulensi ad cap. 6. D. Matth. quæst. 13. 8. & ab Alphonso Castro aduersus hæreses, verbo ieiunium, heresiteria: & à Bellarm. in controverbia de bonis operibus lib. 2. cap. 10. De quo errore ad nostrum institutum sufficiet notare eum damnatum esse ab Ecclesia in Concilio Vienensis ut patet ex Clement. Ad nostrum De hæreticis: & quod nemotam fandus sit in quo ex cap. 3. epifl. ad Galat. caro non concupiscat aduersus spiritum. Vnde cum ieiunium non solum fit satisfactorium pro peccatis præteritis: sed etiam iuuenit pro virandis futuris; pro quo se præseruando ab illis: nullus tam sanctus est, qui civile sit carnem adolmare per ieiunium exemplo D. Pauli; quamvis raptus fuisset in paradisum, & audiueret arcana verba quæ non licet homini loqui: atque respondum accepisset, Sufficit tibi gratia mea: corpus tanè suu-

castigabat, & in seruitutem redigebat ne prædicanis aliis, ipse reprobus efficeretur.] ex priori ad Corinth. cap. 9.

Quamus autem idita sit, non omnem tamen Christiani qui prædictum præceptum non seruant, peccant, sed solum quinnullam iustam causam habent non seruandi: qui enim iustum habent, excusat. Quæ causa, ut loco cit. docet Caiet. potest esse vel vera, vel existimata, vel authorizata: ac rursum vera multiplex, sed quæ ad tria capita reuocari possit, nempe ad impotentiam, pietatem, & necessitatem. Cum enim excusat ab obligatione præcepti humani ex eo nascatur, quod Superioris à quo datur voluntas sit consulere subditorum bono, ripote qui præcipendi potestatem accepit non in distinctionem, sed in edificationem, ex posteriori ad Corinth. cap. 13. taleque bonus, vel corporis, vel spiritus, vel externæ substantiae: quando per obseruationem præcepti laderetur corpus, impotentia excusat ab illa: quando vero laderetur spiritus, excusat pietas: quando denique laderetur substantia externa, excusat necessitas. De quibus singulis sigillatum dicamus oportet.

De causa impotentie.

S E C T I O I .

Ex impotentia à ieiunio Ecclesiastico excusat Caietanus, primo loco adolescentes usque ad annum vigesimalm primum completuos, sed utrum bene & dubitari potest. Nam pro contra sentientibus: de quibus Azor. in 1. part. Moral. in 1. lib. 17. quæst. 2. ratio hæc facit, quod adolescentes ante illam aetatem multa peccata committere soleant, quibus perinde aetates natu per ieiunium occurrere debent: & ut occurant compellendi videntur,

Excusatio adolescentium.

Sed auctoritas D. Thomæ in eodem art. 4. ad 2. quam non modò Caiet. sed etiam Abulensi in sequenti cap. 13. plurimi: alij (quorum Azor. quoque meminit) se quuntur sufficiat ad tenendam conscientiam id quod dicitur est, ut communius tenet in monachis D. Anton. 2. par. iii. 6. & Gabr. in 4. dist. 16. ille cap. 2. §. 4. & hic quæst. 3. artic. 1. notab. 4. nam satis bona ratione D. Thomas virtutem empe, quod adolescentes usque ad eam aetatem soleant indigere frequenti cibo, & in magna copia properi abundantem in eis vita caloris, cibum ipsum facile absumuntur. & operantur non solum ut nutriti, sed etiam ut naturæ debitum incrementum in eis preterit. Cum igitur Ecclesia non intendat quemquam præceptio ieiunio obligare, cum detimento norabili bonorum corporis, existimatam est adolescentes non autem obligari ad ieiunium Ecclesiasticum quam absoluunt vigesimalm primum annum seu tertium septenarium, in quo secundum physicos absoluuntur hominis accretio. Quam rationem & alia ad rem hanc spectantia, bene traxit loco citato Abulensis. Sed pro præcepto nobis propria sufficiat addere responsionem ad rationem in contrarium alla: am: quod etiæ adolescentes multa peccata committant, non ideo tamen necessarium esse ut præcisè periegnium ab Ecclesia præceptum, debeant pro illis Deo satisfacere: nam non defunt alij satisfaciendi modi.

Si quereras nam am: eam aetatem adolescentes, si non ad omnia latenter ad aliquam ieiuniū tenentur.

Respondendum est secundum Abulensi, ibidem, tenuerit quia causa supradicta per quam excusat ad ieiunio quod sufficit frequentiore, & abundanter cibo egant ratione augmentationis, non datur æqualiter todo illo tempore, sed quanto quis magis accedit ad finem augmentationis, tanto minor est augmentatione & per consequens tanto minor causa saepius comedendi. Deinde ut Medina argumentatur in Cod. de ieiunio quæst. non, quamvis tales non possint omnia ieiunia, possunt ratione aliqua sine corporis aut sanitatis detimento servare ut ieiunia Quatuor temporum, vigilia cum, & duorum vel triu diuum hebdomadæ in Quadragesima. Eos ergo ab his excludi nullus est iusta causa. Verum tamen quia D. Thomas loco citato, & cum eorum Caiet. tum etiam Narra. ille ad eum locum D. Thomæ, & hic in Enchir. cap. 21 num. 26. absoluere & fine talis restrictione dicunt, non ante vigesimalm primum annum adolescentes ad ieiunium Ecclesiasticum teneant, non putant incommodum, si ad quæstum responderetur negantur; maxime cum videamus consuetudine seruari ut adolescentes le-

eundum

cundum quod estate crescent, ad ieiunium vel ieiumentum vel compellantur ab illo qui ipsorum curam gerunt: quod convenienter esse D. Thomas consequenter admonet: non quasi iam sint adstricti praecepto ieiunij, sed tanquam assuefacti ad illud seruandum cum ad legitimum etatem peruenient. Accedit quod ex contraria sententia, timoratis magna conscientie perturbatio, & animi anxietas oriri possit, dum non constat nec facile iudicari potest, ad quem ieiunia quis dum etas paulatim crescit, teneatur.

Nota vero primo, cum Naur. ibidem ex D. Thomâ urgente gratia necessitate posse adolescentes praecepto adstringi ad ieiunium: sive necessitas sit publica: qualis fuit propter quam Ione 3, datum est praeceptum, ut homines & iumenta non gressent quidquam: sive sit priuata, ut ea quam patitur persona viis implicata, in cuius remedium Confessarius imponit ieiunium. Nec obstat quod detrimentum ex tali ieiunio se- quatur: quia ipsum est priuatum & corporale, quod publico & spirituali postponi debet.

Nota secundo, predictam excusationem locum habere etiam in Religiosis, qui nondum vigesimum primum annum excellerunt: sive sint nouiti, sive professi, ut ex Gabriele & Rosella notat Azor. in cit. quest. 2. quia in illis perinde ac in aliis causa excusationis locum haber. Attamen, ut idem alios secutus in sequenti quest. 3. sentit, non excusantur a ieiunis quae iniunguntur, per regulam sua religionis, eo quod illius obligatio- ni voluntate sua se submiserunt, qua fieri extra religionem potuerint se ad ieiunium seruandum adstringere, verbi gratia, illud voulendo: sic etiam potuerunt in religione, obligando se ad observationem praeceptorum illius.

Nota tertio, adolescentes excusatos a ieiunio, non excusati pariter ab abstinentia a carnis, & alijs cibis prohibitis, vt communis Ecclesia vsus satis ostendit. Infansibus autem nondum praedictis visu rationis infra septennium tales cibos præbere, non esse licitum: nisi consenserit sit in contrarium: prout ex caet. & Cordub. notat ibidem Azor. Cuius rei ratio esse potest quam in citata quest. 139. tangit Abulensis: quia ad infantes non extenditur obligatio, cum per se nihil agant, sed ipsi agantur, id est, mouentur ad alterius imperium. Conseruandine autem in contrarium existente id scandalosum es- set, maxime hoc tempore in quo tale quid possit porrigen- tes de heresi suscepitos reddere.

Excusatio mulierum quae sunt pregnantes aut lactantes.

Scundo loco ex impotenti. Caet. ait in cit. cap. 3. scens a ieiunio excusari: de quo nihil esse iure constitutum communis omnium sententia est: ut a multis notatum Azor. habet in memorato cap. 17. quest. 4. ideoque dum scens firmo & valido sunt corpore, ieiunium seruare debere: ita ut eas senilis non præbeat iustam excusationis occasionem, nisi simul adstricta senilis etatis infirmitas: quae cum non contingat simili- ter in omnibus (quandoquidem natura non determinauit in senilis tempus defecitus, sicut in pueris determinauit i- pus profectus seu augmentum) atque alij alii tardius lenescat, fitv definitum non sit tempus certum, in quo debeat quis ex senilis etate a ieiunio excusari, prout bene notat Abulensis in seq. quest. 147. sed relinquatur prudentis arbitrio definiendum, quis ex hoc capite legitimam causam habeat, prout Naur. in Enchir. cap. 21. nro. 16. annotat. Ait tamen Sylu. in verbo ieiunii, quest. 6. vers. 2. quod regulariter ratione senilis etatis, merito excusentur a ieiunio, qui septuagesimum annum expleuerunt. In quam sententiam Azor. in eadem quest. 4. alios citat: & Gabr. in 4. distinct. 6. quest. 3. art. 1. notab. 4. communiter eam a doctib. teneri aint. Caeterum possumus in fauorem scens cum Caet. in citato cap. tertio tenere, sicut tenet Azor. quod excusetur a ieiunio Ecclesiastico sexagenarius, nisi ex robustiore complexione consetet ipsum posse absque nota- bili lesionē sui, illud seruare. Rationem reddit Caetan. tum ibidem 2.2. quest. 147. art. 4. quia communiter vita humana terminus est annus septuagesimus iuxta illud Psalmi 89. Dics annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni.] Vnde etas senilis qua homo ad interium vergit, potest communiter in anno 60. constitui: iuxta illud ad Hebr. 8. Quod anti- quatur & senescit, proprie interium est. Quare sexagenarius, nisi evidenter consetet quod possit seruato ieiunio, cibum ipsis opportu- num digerere, ac vitam tolerare: possunt debilitati quam sentiunt

subuenire, frequenti & modico alimento: quoniam senecus est morbus incurabilis, cum quo non est expectandus casus maioris roboris habendi.

De excusatione infirmorum.

Tertio loco ex impotenti, Caet. a ieiunio Ecclesiastico excusat infirmos, quando ieiunium manifeste ei no- cere potest, aut ex Medicorum timorem Dei habentium sententia, tale quid merito cavendum est. Idem sentiunt tum Gabr. & Sylu. ille loco cit. & hic in sequenti quest. 9. tum etiam Abulensis in seq. quest. 148. distinguens infirmos in agros, qui patiuntur morbum aliquem ex alteratione vel corruptione humorum: & in debiles, qui sive ex precedenti aggritudine, sive ex naturali quadam impotenti non possunt totum cibum eis ad sustentationem necessarium simul & temel sumptuaria digerere: sed grauantur & relinquuntur in eis humi- ditates quædam indigestæ morbum generantes: quorum priores in edendo vel abstinentia à cibis, sequi debent non ieiuniorum, sed medicorum regulam, inquit Abulensis: po- steriorum vero cadem estratio, que scens. Eamdem doctri- nam ex Palud. habet Naur. in cit. nro. 16. Additique ex ipso Caet. ad antea memorat. art. 4. excusari etiam ratione infirmitatis, illos qui tam debilis complexionis sunt, ut vacuo stomacho dolore capitis, aut vertiginem patiantur, aut tota no- ate calere & dormire nequeant. Si quereras an hoc procedat quantumcumque infirmitas contracta sit propria culpa. Re- spondetur affirmativè ex Paludano in 4. dist. 15. quest. 4. art. 2. conclus. 5. & Rosella in verbo ieiunium num. 21. quia non ob- stante propria culpa, talis infirmitas (vt supponimus) vere fe- cum vehit impotentiad ad ieiunandum sine lesionē notabili.

Excusatio mulierum quae sunt pregnantes aut lactantes.

Quarto loco ex impotenti Caet. a ieiunio excusat mu- lieres prægnantes & lactentes: cui consentiunt tum Palud. Gabr. & Naur. locis cit. tum etiam Abulensis & Syl- uester ille ad cap. 6. D. Matth. quest. 146. & hic in cit. quest. 9. verfu. 5. qui indicat ad ta' em excusationem requiri, vel debilitatem de quante dictum est: vel quod timendum sit de earum per- culio si ieiunent, vel de abortu aut defecitu alimenti pueri: cuius documenti vitandi causa non tantum possunt, sed etiam debent ieiunium dimittere, ut docent etiam tum Caet. ipse ad eundem art. 4. verfu ad 2. & cum eo Naur. in eodem num. 16. tum etiam Abulen. in citata quest. 146. Addens id proce- de re sive mulieres suos, sive alienos infantes nutriant. Aduer- te autem ex cod. Caet. quia mulieres communiter non sunt tam robustæ naturæ: ut unica refractione possint tantum ali- menti sumere, & digerere quod pro se & prole sufficiat, præ- gnantes & lactentes vt tales, a ieiunio excusari: cum lex sit de ijs que vt plurimum contingunt.

Excusatio pauperum.

Potremus tandem loco ex eadem impotenti excusat. Caet. pauperes qui hora prandij non possunt habere sufficientem refractionem: ut solet contingere ijs qui ostia- tum mendicantes non inveniunt quod eis sufficiat ad famam suam explendam, prout habet Abulen. in preced. quest. 142. eadem que est sententia D. Thomâ in cit. art. 4. ad 4. & Palud. in preced. conclus. 3. Secus verò esse de ijs pauperibus qui habere possunt suffi- ciente ad unam plenam refractionem, ut ijs autem adhuc dantur: quod ex se manifestum est: quia in illis ratio impoten- tia cefat. Excipiendum est tamen, prout alii citatis Azor. habet in sepe memoratib. 7. cap. 17. quest. 7. ille qui cibos ad refractionem sufficientes habere potest quidem, sed quibus non li- cert in die ieiunij vesci: vt si medico hæreticus præbeat refractionem, in qua apponat carnes sine alijs cibis, qui ad illam sufficere valeant.

De causâ necessitatis.

SECTIO II.

Necessitas aliquem a ieiunio excusat, prout Caetanus tra- dit in verbo ieiunium, cap. tertio, quotidcumque ei facien- dum est aliquid, quod non patitur ieiunij observationem: i- psuque est necessarium ad salutem animæ vel corporis: ut si ad salvandam vitam ei longe, & cito fugiendum sit, nec comode id facere possit ieiunans: vel necessarium est ad

conditionem statutum sui temporalis: ut si bellum gerens, ita ieiunio debili: etur ut arma gestare, & cæteros bellum labores ferre non possit: vel ad vitandum damnum temporale; ut si exagro colligendum sit ei frumentum, aut ex prato secundum: vel ad aliquid acquirendum de raro contingentibus: vel ad aliud quod eis requiri: labore impossibilem cum ieiunio, eum tamen ideo iusciptere debeat, quod aliter nequeat se, suamque familiam atere, vestire, dotare filias, sustentare solum in studijs, &c.

Excusatio agricolarum & artes laboriosas exercitium.

213.

Ex predictis Caetanus assert non modo in agricultura, sed etiam in quacumque alia arte laborantes, si non possint ieiunare cum rati labore: sine quo vix, aut ne vix quidem possint acquirere omnia sibi, sive que familiæ necessaria, non teneri de eodem labore minuere, ut possint ieiunare. Quod idem sententes Azor. in seq. qu. 8. plures refert. Iam si laborantes, sint alias diuitiae: non possunt quia de ea ex hac præcise necessitatis causa excusari ne labore suum minuere debeant, ut præcepto de ieiunio satisfacere valeant: ex privilegio tamen conferri possunt excusari posito eo quod referunt, tum alij quorum idem Azor. ibidem meminunt: tum etiam Medina in Cod. de ieiunio q[uod] est nona: Eugenium quartum concessisse, aut potius declarasse: opifices qui laboriosas artes exercent ut fabros ferrarios, latomos & similes: atque agrorum cultores sine diuitiis sint, sive pauperes, non teneri ad ieiunium sub peccato mortali: & à Confessariis absoluti posse consulendo illis, ut eleemosynis alijque pijs operibus vacent.

Dixi autem (aut potius declarasse) quia ex Nauar. in eod. nu. 16. illud non tam fuit priuilegium, quam declaratio iuris communis: in hoc fundati, quod artifices qui volunt in talibus laboribus vitam agere, vix carere soleant aliqua necessitate per quam excusari possint. Si quidem ea non debet extrema esse, & que hominem nisi si prouideat, sit extinctura: sed sufficiat talis esse per quam homo reddatur indigenus corum quia ad vita sustentatio requiredatur: qualia sunt non tantum cibus & potus quotidiani, sed etiam domus & vestes, aliaque administrativa ad vitam, que languoribus est communiter obnoxia; ita ut bene valentes sibi quoque debeant de ijs prouidere, quibus languentes effici, sustentare le possint: prout bene notat Abulen. ad cap. 6. D. Matthai, quæst. 123. Addendo, quod si quis lucrum ad quotidianum cibum sufficientis faciat ex suo labore, non dicatur habere sustentationem, nisi adhuc aliquid ei superabundet, vnde vestes & alia sibi ac suis necessaria habere possit. Ideoque necessitate habendi talia, assument laborem cum quo ieiunare nequit, excusatur à peccato violationis ieiunij. Quia tamen in re veridem recte monet cauenda est superabundans prouidentia: quia scilicet quis plura, quam sint sibi necessaria esse iudicet, ob inexplicabilem habendi cupiditatem, quæ refrananda est Deitomore, & amore celestium rerum. Quia nihil prodest homini si viviuersum mundum lucretur, animæ vero sua detrimentum patiatur.] Matth. 16.

214.

Sed quereret aliquis. An prædicta excusatio ex necessitate laborandi, habeat locum pro eo etiam die ieiunij in quo operari labore intermittunt; sive quod sit dies festus, sive quod occurrat occupatio, quæ ieiunio non adserit impedimentum. Respondendum est cum Azor. in cit. quæst. 8. eam locum habere posse in duobus casibus. Alter est, cum nisi ieiunium solvant redditum ad labores & operas inepti in posterum. Alter vero, cum ex labore præterito sunt nimium defatigati. Cui responsione faverit quod Abulen. habet in proced. quæst. 141. in fine, viatores qui subsistentes alicubi in die ieiunij ita debilitarentur ieiunando, ut non possint conuenienter persequi suam peregrinationem, excusari à ieiunio. Porro in dubio; num aliquis talis casus occurrat necne, determinandum relinquitur arbitrio viri boni: sicut & cum de aliquibus artificibus dubitatur, an talem laborem coniunctum habent cum exercitatione sua artis, ut merito excusentur à ieiunio. Quod etiam ibidem Azor. notat.

Ratio iudicandi. De labore sufficienti ad excusandum à ieiunio.

215.

Ad quod arbitrium recte formandum iuuabit aduerte-re illud, quod abulen. in seq. quæst. 143. habet; quod

non debeat quis putare se excusatum à ieiunio propter quacumque afflictionem quam sentiat ieiunando simul, & laborando: quia illi etiam qui non laborant, aliqualiter affliguntur si ieiunent, nec tamen ideo excusantur à ieiunio. Neque etiam contra putare debeat se tam stricte obligatum ad ieiuniū, ut portaret ipsum sustinere omnem afflictionem quam potest: atque adeo non obstante labore ieiunare. Etenim inde ægritudo & debilitas nata est sequi: facta scilicet corporis resolutione nimia per nimium illius morum: Id vero est contraintentionem Ecclesiæ præcipientis ieiunium. Nam ea est inducēdi homines ad virtutis statum: non quidem proximo, vel paucis diebus, sed pro toto vita tempore. Cui fini repugnat, Ecclesiam per suum præceptum exigere ab illis ut totum omnino quod possunt, faciant: quia inde primis diebus sic debilitarentur, ut postea exequi quæ præstare deberent, nequint. Quæ eadem ratio est, cur etiæ operari mercè conducti revocantur laborare fideliter, nisique faciant, debeant tanquam rei furti, mercedem acceptam restituere: peccatum tamen sit mortale pro ordinaria mercede, illos ad labore ut supra modum vrgere: quod pro sequentibus diebus debilitentur, idque lucrum eis cestet: quod ijdem vrgentes refundere renentur ut Abulen. addit.

Itaque in iudicio serendo de artifice aliquo, an ratione laboris quem subit in exercitio sui operis, excusetur à ieiunio, habenda est ratio medioritatis ut nec nimius, quæ silicet corporis alterat, requiratur ad eam excusationem: nec ita leuis, ut patumper vexans corpus sufficere putetur. Iuxta quod liberenter afferuntur Azorio loco citato, arbitrantur excusari à ieiunio sutores, figulos, A gentarios in pecunij custendis, vel vasis fabricæs laborantes, & textores, fallones, seminarios, pistores, coriarios, & alios in labore similes non artifices, pictores, tonfores, aduocatos, scholasticos, notarios, alios qui minus quam supra dicti laborant dum suas artes exercent. Quæ sententia est Abulen. in eadem qu. 143. Quæ probat, quia in talibus exercitationibus est parvus corporum motus, & per consequens parva eoriū resolutio, quæ ad restorationem substantiæ exhaustæ non requirat frequenter cibū sumptionem. Neque in contrarium virgari potest ante memoriam priuilegium Eugenij 4 quia ipsum nihil habet per quod tales eo comprehendendi celeri possint: ut patet considerante illius tenorem cuius supra num. 213. meminimus.

Cæterum operarij qui ita robusti sunt, ut labor eos nihil impedit à ieiunio, ab hoc non excusari existimat ibidem Abulen. Inquiunt eos, qui fortis labores habent, si possint laborando ieiunare; ad id teneri. Ad quod facit traditum à Medina in Cod. de ieiunio quæst. 9. versu De infirmis, pro generali regula. Ut causam habentes ad non ieiunandum, non recedant à præcepto de abstinentia in die ieiunij, ultra quam recedere eis permititur, quia in illo excessu, quo ultra exigentiam causæ recedunt, perinde est ac si recedendi causam non habeant. Hincque est, quod persona in qua apparet causa aliqua excusationis, non sit statim à ieiunio excusanda omnino, sed causa exigentia sit attendenda. Vnde frequenter, ut addit Medina, peccant Medici, qui cum id solum concedere debant infirmis in die ieiunij quod infirmitas postulauerit, indistincte eis indulgent non ieiunare.

Excusatio non valentium cum ieiunio exequi opera ad quæ tenentur.

Secundo loco ait Caet. in eodem cap. 3. à ieiunio excusati sex necessitate eum, cui debitum aliquod opus incumbit, quod exequi non potest feruans ieiunium. Sicut enim lex ieiunij non impedit opera necessaria, iuxta antedicta ita nec opera debita: siveque, ut ille ait, excusatur si quis tenetur ad iter, quod non potest facere cum observatione ieiunij. Item viri qui si ieiunet non potest vxori debitum suo tempore reddere: similiter ex viro quæ ob ieiunium non potest se viro gratam feruare, eo quod macilenta & pallida per illud efficit, ab eodem viro despiciatur. In quibus Caetano concuerunt Nauarrus & Medina, ille in fine ante citati num. 16. & hic quæst. 9. item circa. resu. Ad hanc, qui rationem adserit, quod Ecclesia instituens ieiunium, non intendat obligare cum tali notabilis danno, quale creditoris inferretur, si einotabilis momenti debitum non redderetur.

Ter-

118. Tertio loco dici potest eos qui in repub. officio curi-
rum funguntur, similiter excusari: quando execuio officij
ipsorum necessaria est, nec cum ieiunio est ipsis possibilis.
De qua re Abulens. ad cap. 6. D. Matth. & Palud. in 4. distin-
tione illa quæst. 141. & hic quæst. 4. art. 2. cond. 6. volens excusari ta-
les non solum cum non possint, sed etiam cum non eque
bene possint, sine tali officio vivere. Volens similiter excu-
sarie eos qui se locarunt ad annum integrum: non item eos
qui ad certum diem, nulla necessitate cogente, quia tunc cef-
faceratio debet in qua istiusmodi excusatio fundetur. Idem ex
Medina in cit. quæst. 9. dicendum est de mercatoribus spe-
ciamentis ad nundinas & loca varia, si labore cum ieiuni-
o impossibilem suscipiant ex necessitate: sive eoque non
possint aliter se & familiam suam sustentare. Idem etiam ex
Nauar. in eodem num. 16. de iis qui ex officio vel ex obedientia
obligantur docere verba aut scripto, vel audire confessio-
nes: nec possint ieiunando tali obligationi satisfacere. Item
etiam in vniuersitatem de ijs quibus labore, quem cum ieiuni-
o sustinere nequeunt, necessarium est suscipere ad sui vel
fiuorum sustentationem: aut ad famæ, honoris, status, erum-
que habituarum conservationem: ut ad bonum aliquod no-
tabile acquirendum iustum, & honestum; ad quod alias non
speratur opportunitas. Hoc à Medina notatum ibidem versu
Hoctamen, probatur: quia Ecclesia instituens ieiunia, non in-
tendit homines ad ea obligare tanto rigore, ut illorum causa
debeat vel dampna non abilia sentire: vel lucra alioqui iusta &
licita amittere: prout patet à simili, quia pectoris hæc leum, o-
pus alioqui seruire, in diebus festis, etiam Dominicis, per-
mititur per cap. Licet, de ferijs: quoniam ea non est semper
opportuna. Item non obstante prohibitione facta iudicibus
tutus iudicandi, conceditur diebus festis iudiciale stritupis si-
ne ecclesiæ virga, aut pletas: ex cap. finali eod. tit. Soleret etiam
ex hoc eod. cap. indulgeri missis & vindemia in ijsdem die-
bus quando timeret ne fructus perirent.

Porro cum necessitas non virget, ut quis suscipiat laborē
non patientem secum ieiunium, quia nihil indiget eo ad ali-
quid comparandum quod sibi aut suis necessariis sit: aut li-
ceret egredi, potest tamen eum differre donec ieiunij dies tran-
scirat. Cum inquam, tale quid contingit, ieiunium solvens
non excusat à peccato ob suscep̄ti labore, quia non fol-
lit virgine necessitate: sed pro voluntatis libito. Praecepta
autem præserenda sint ijs quæ sunt voluntatis. Ideo enim o-
ficia in colligantur sequenda salutis præceptis: nec temporalia
lucia præserenda sunt spiritualibus. Haec est omnia com-
muni sententia ut aliquot in eam citatis notat Azor. in me-
morato libr. septimo cap. 17. quæst. 9. Vbi etiam mouet questione
de eo quem contingit sua culpa ita labore fatigatum esse, ut
ieiunium seruare non possit. An peccet illud soluendo. Ad
quam eodem modo quo ad propositionem de eo qui indiscit è
peregrinationem suscep̄ti. Palud. in cit. art. 10. 2. cond. 5. re-
sponde; nempe non peccare: quia necessitas illum excusat,
licet in eam sua culpa deuenienter; sicut & illum qui sua culpa
in granam morbum incidit. Quod si, adit Azor, in fraudem
legis se labore fatigaverit: peccatum qui dem commisit, in
eo quod laitudine voluerit causam dare violationi ieiunii:
et tamen datanon peccauit soluendo postea ieiunium.

De causa pietatis.

S E C T I O . III.

119. Ex parte Caletanus in eodem capite tertio, à ieiunio ex-
cusati ait quoscumque, qui alicui majori bono incum-
bunt, quod præstat nequeunt ieiunando. Idemque docens
ad secundam secunde D. Thomæ quæst. 147. art. 3. sub finem: ra-
tionem addit, quia si ieiunium obserueretur, cuta est impe-
dimentum majoris boni, ageret ut contra intentionem Ec-
clesiae, quæ quoniā præcipit ieiunium ut promotiuum ad
bonum, nullo modo intendit obligare ad illud, prout impe-
dimentum est majoris boni: quandoquidem intentioni
promouendi ad bonum, repugnat ut maius bonum impediatur.
Vnde ipse infra excusari à ieiunio eos qui pietatis seu
misericordia operibus, sive spiritualibus sive corporalibus
vacant si cum ea vacatio ieiunare nequeunt: quia talia o-
pera meliora sunt ieiunio; sive & misericordia virtus est me-
lior, quam abstinentia ex D. Thom. secunda secunda quæst. 3. o-
art. 4. Quam doctrinam Nauar. approbans in Enchir. cap. 21.

num. 17. monet ex eod. Calet. & Syluestro, restringendam es-
se, vt non procedat in ijs, qui aliquod talium operum princi-
paliter faciunt ob mercedem, vt solent mercenarij. Sic enim
inquit Calet. loco posteriori citato, non excusat ut à ieiunio qui
concionantur aut confessiones propria sponte audiunt, vt
pecunias lucremur. Dictum est, principaliiter: quia vt addit
Nauar. si facerent principaliter ob necessitatem sustentandi
de qua ante dictum est. 218. vel ob pietatem seu causâ mis-
ericordie, aut divini cultus; ob mercedem autem minus prin-
cipaliiter tantum, locus est excusationi.

Addit Calet. in cit. cap. tertio, quod etiam Nauar. approbat
& consentaneum est his quæ docet Abulensis in proced. u. p.
140. peregrinatione ad loca sancta non necessitatem, sed
tantum voluntatem, non excusat à ieiunio, exceptis diro-
bus casibus. Alter est cum persona quæ peregrinatur talis
authoritatis est, vt ex illius peregrinatione multum auga-
tur communis deuotio. Alter vero cum seruor deuotionis
sic accedit ad peregrinandum, vt animæ peregrinantibz vi-
lius sit peregrinari, sine ieiunio, quam ieiunare sine tali pere-
grinatione. Ratio virtusque est: quod ieiunium non debeat
esse impedimentum majoris boni, sicut esset in posteriore
calu, vt de se manifestu est: & in priore ex eo probatur, quod
bonum commune melius sit bono primituato. Dixit autem non
necessitatem, quia fecus esset, quando ex voto aut Superioris
iussu, vel à Confessario imposta, debebat peregrinatio sus-
cipi, nec possit commode diffiri: vt ex Gabriele habet etiam
Nauar. in sequenti num. 19. Huc referri possunt duo dubia quæ
tractat Azor. in 1. parte Moral. in istit. lib. 7. cap. 8. quæst. 1. & 7.

Vnum est amici, vel socij grada licet frangere ieiuni-
um. Alterum, an idem licet ob metum grauem, qualis est
imminantis mortis, captivitatis, carceris, tormentorum, ia-
cturæ bonorum ex toto vel ex magna parte. Ad quorum
prius respondendum est licere, cum proximi necessitas id
exigerit, vt in casu quo Spiridon Episcopus carnem in Quar-
dragesima coram, de quo idem Azor. Ratio est, quia id censem-
tur & sic misericordie opus. Non licere autem cum necessitas
proximi nihil tale exegerit: quia in eo nec infirmitatis nec
pietas aut necessitas causa excusans aderit.

Posterior autem distinctione explicatur. Nam solu non
potest ieiunium, si talis metus incutiatur in odium Catholi-
ca Religionis: sicut fieri potest habere nos nostri temporis
& ab alijs infidelibus. Tunc enim malum quodvis potius fe-
rendum esse, quam frangendum ieiunium: patet ex Marty-
rum exemplo, qui durissima pati maluerunt, quam acquite-
scere compellentibus in odium Christiana Religionis, co-
medere idolatria.

Sin autem incutiatur alia de causa, solu potest ieiunium.
Sic viri eius ieiunium viro Catholico ingratum est, ideo-
que illam vexat clamoribus, iurgijs, dissidijs, ac etiam verbe-
ribus: ut vitandum talium malorum grauem molestiam, po-
test soluere ieiunium: vt præter eos quorū Azor. meninat, sen-
tient Abulensis & Calet ille in seq. 149. & hic loco citato ex se-
cunda secunda. Ratio vero hec reddit potest: quod pax summo
per gratia sit Deo, iuxta illud Psal. 75. Et factus est in paci lo-
cus eius: contrafæca discordia inter coniuges, adeo ingens
malum sit, vt negari non debeat ipsum de ijs esse, ob quæ ieiuni-
um omisso permitta censeri potest ex intentione Ecclesiæ,
volentes iugū imponere tantum leue, ad Christi imitatiōē.

Quod autem ille putat in eo calu opus esse dispensatione:
hic vero opus esse committatione in aliud opus, autoritate
Episcopi. Nam aut in cit. cap. 21. num. 19. id magis esse consilij,
quam præcepti. Et ratio est, quod ab omnibus receptum sit
teste Sylvestro in verbo ieiunium numer. rigeſimo quando ex
causa soluendi ieiunium evidenter, quan vel ipsi habemus,
vel vit bonus ac eruditus, sive medicus si sine Confessarius sive a-
lius, se dicit habere; certum est nobis, quod ieiunare nequeamus:
tunc nos posse propria authoritate ieiunium dimittere:
re: vitato tamen scandalo.

De causa existimata.

S E C T I O . IV.

120. Hactenus de triplici causa vera excusante à ieiunio: re-
stat ut de causis de causa existimata & de autorizata. Il-
laigitur ex Calet. in memorato cap. 3. est rationabilis causa quæ
ad soluendum ieiunium sufficiens existimat ab eo qui le-

iunare debet, vel a suadentibus, eruditis scilicet & bonis viris, quales debet in dubio confidere, ut non ieiunet: etiam si in rei veritate, ea non sit causa sufficiens. De illa documentum hoc, idem Caiet tradit. Quod si absque fraude aliqua credat quis, se a ieiunio excusari ob labore in vel aliud occurrens: ideoque frangat illud, non censeatur peccare violatione praecepti de ieiunio; sicut censeretur fraudulenter agens. Huius ratio est, quod talis, nec per agit contra praeceptum de ieiunio: ut pote qui nullam illius violandi habet voluntatem: ita ut ipsum nequam frangeret, nisi crederet se in occurrente casu excusari a peccato violationis eiusdem. Nec item contra agat per accidens; quia supponimus interuenisse diligeniam, tum in exequenda causa, an ea esset rationabilis; tum in eventibus considerandis ac praesidens, ad scandalum aut proximi dannum vitandum. Quæ doctrina accommodata est tranquillandis conscientiis personarum timoratarum, quæ alioquin vexarentur scrupulis, subinde verentes ne se contaminaret peccato transgressionis ieiunij; vel collationem largiore faciendo, vel alteri ieiunium solvendo: siquidem tutam conscientiam formare non possunt ex eo, quod causam habuerint, quam illi iustam ac rationabilem esse putarunt; ut corporis debilitatem, vel nocturni somni defectum vel aliud huiusmodi. Quod cum ita sit, monendis quidem sint ut sollicitate causam eiulmodi expendant: nec patiantur sibi a carne & dænone imponi: sed non sunt facile de peccato violationis ieiunij dammandi: ne feruantes ieiunium prout possunt, atque adeo sufficiens ad vitandum peccatum saltem mortale: contingat ei illud omnino omittere tam in dannantibus quam iporum perditionem animæ iuxta illud. Si causas cæco ducatum præstet ambo in fonte an cadent.] Prout scilicet contingat si ter ieiunanti in hebdomada tempore Quadragesimæ, eo quod putet se plures ieiunare non posse; ali quo dicente si quod non excusat a peccato, nisi ieiunet quotidie, ipseque ieiunium omittat omnino. Cauendum est tamen incurrire in aliud extremum, ut sine rationabili causa excusat alioquin: quia in eo peccaret, prout peccatur a Medico declaranti sine rationabili causa, quod possit quis ieiunium frangere sine coenando, sine veitos cibos edendos: quod Sylvestris nota in verbo ieiunium questione 7. in fine.

De causa autorizata.
S E C T I O V.

223. **Q** uod attingat ad causam autorizatam, ea est, quæ quævis rationabilis videatur, dubitatur tamen an sit sufficiens ad excusandum à ieiunio: ideoque ad Superiorum recurratur, ut ipsius auctoritas et supplicetur quod deest. De ea documentum hoc Caiet. tradit in eod. cap. 3, vt aliquam à ieiunio excusantem causam haberationabilem quidem. sed suo iudicio, aut alterius cuius consilio regitur, non sufficientem, sed dubiam; exponat negotium suum fideliciter Superiori, sequaturque arbitrium ipsius, auctoritate sua id quod deest supplentis: siue dispensando, cum ei videatur sufficiens adesse causa: siue commutando ieiunium in elemosynam, vel orationem, aliudve opus plium, cum de causa sufficientia dubitat, ut sic suppletur quod iudicat deesse eamdem sufficientiam. In talibus autem casibus nomine Superioris vt Caiet addit intelligitur Episcopus: aut si sibi admodum non potest proprius Curatus: & caput Religiosos, ipsorum Praelatus siue mediatus vt Generalis aut Provincialis: siue immediatus vt Prior, Guardianus, Rector, & eiusmodi alii: quandoquidem nulla ratio persuadet oportere passim pro eiusmodi minimis, Papam adire, vel etiam Episcopum, quando difficile quoque fuerit ipsum adire.

224. Addit idem Cafetanus sub finem eiusdem cap. posse auctoritate Episcopi ieiunium transferri ex uno die in alium: vt ieiunium vigilæ Sancti Ioannis occurrens in festo corporis Christi, transferri in diem præcedentem: sicut occursens in die Dominico extra Quadragesimam ordinariè transferri in præcedentem diem Sabbathi ex cap. 1. De observatione ieiuniorum. Eadem docet Sylvestris in verbo ieiunium. quæst. 7. Vbi & bene addit, quod etiam abulens iste quæst. 14.7. habet quando nulla subest causa, nullius quam Romani Pontificis auctoritate, ieiunium in universa Ecclesia indicitum, relaxari posse. Ratio est, quia ad legis relaxationem requiritur potestas supra eam: & fideles omnes excepto Papa subiliatur legi ieiunij tanquam inferiores: quia legi Superioris relaxare

non possunt, ut habetur in Clementi. Ne Romani, de electione; secus autem effet de ieiunio quod in diecepsi iniungatur Episcopali auctoritate, quia ad illud relaxandum Episcopus sufficiens habet auctoritatem.

Cum autem subest causa, generale etiam ieiunium ut iam diximus, potest ab eo in sua diecepsi relaxari: & eo absente à Parochio in sua Parochia, tanquam à Judice ordinatio pro penitentiali foro: itemque à Praelato in Religiosa familia cui praefit. Ac potest non quidem dispensando absolvire, liberando simpliciter à ieiunij lege; siue ex toto, siue in his vel illis diebus (quod refutatur per ante propria rationem:) sed ex Naturâ in Enchir. cap. 21. num. 21. singulariter aliqui iusta de causa indulgentio, ne hoc vel illo die ieiunet, aut etiam, quando necessitas occurrens exegerit, hac aut illi hebdomada. Quadragesima. Immo pro magnitudine necessitatis, totâ una Quadragesima non ieiunet. Nam non effet alioqui fas prospectum fidibus, si ad Romanum Pontificem oportet omnino recurere in necessitatibus quotidie occurrentibus, cum ob loci distantiam, aut alia impedimenta, frequenter contingat ille consuli non possit.

Si opponas Episcopum nullam potestatem habere ieiunij lege, & multo minus cæteros. Respondet ex eodem Nauari. quod conseruato recepta, sufficientem illis ad id potestatem dederit, ut dare potuisse deducitur ex cap. Cum contingat de foro competet & ex cap. Duo simul. De officio ordinis. Vt autem in tali dispensatione error vitetur, contemporaneum est causa deesse etiam suppleri commutatione ieiunij in elemosynam vel orationes vel aliud plium opus, prout dispensans iudicauerit magis in Domino expedire.

Documenta de reposita.

225. **S**uperlunt de hac re notanda aliquot documenta pro cœmuni praxi. Primum est, quando Papa sine iusta causa in ieiunio dispensat, validam esse dispensationem: ipsum tamen in eo peccare. Cum vero cæteri dispensant sine causa, non tantum peccare, sed etiam dispensationem nihil valeat, prout communem Canonistarum sententiam esse notat Azor. in prima part. Moral. instit. lib. 7. cap. 8. quæst. 6. Quoad peccatum autem probatur: quia contra rationem est, ac etiam scandalosum, & per consequens peccatum, præcepto tam sancto velle vniuersi infligere sine causa. Quoad inuidiæ ratem vero, quia gesta quidam ab habente sufficiens potestatem valida esse possunt, non tamen gesta a non habente potestatem, ut de se patet. Sed adiutor (quod etiam notat Azor.) excusationem dari à peccato & validam esse dispensationem, si Praelatus bona fide prius iustam adesse causam relaxandi ieiunium in causa proposito; illud alioqui nullo modo relaxatur.

Secundum est, in ieiunio quod suscepimus est voto, cum posse dispensare quin in ceteris votis idem potest: cum item posse, tum illud ipsum, tum etiam in penitentiam à Confessorio impositum, commutare; qui potest cætera opera prius suscepit voto, siue in penitentiam imposita commutare, nam ipsum eiusdem est cum illis ordinis.

Tertium est, ex eadem causa iusta, quia prædicti possunt subditis suis relaxare ieiunium posse & libi ipsi. Istud ex Sylvestro, Soro, & Caiet. habet loc. cit. & probat quia licet nemo propriæ iurisdictione utatur in scriptum, permittitur tamen eodem luce vti, quo cæteri: cum non debeat deterioris conditionis esse, quam illi.

Quartum est, quod consequenter Azor. ex Nauari. & Caiet habet: Praelatum non debere in hac parte scrupulorum esse, nec rem in subditis conscientiam rei cicerere: sed ieiunium relaxare potest, quantumvis causa cur relaxari possit, dubia sit. Ratio est, quia nulli periculis peccati, vele erroris, aut fraudis se exponit: quia in dubio melior est conditio ipsius, quod rem arbitrio sui commissam: siue in dubio cœndus est liberum sive potestatis vnum potius habere, quam cogi ab ea a fine. Subdit vero alia est conditio: cum in dubio, res non sit arbitrio suo reliqua, sed ipse ad Superiorum recurrere compellatur, tanquam si qui in propria causa nequit iudex esse: sive reliqua exponatur periculo peccati & erroris: quo pericolo liberatur, conformando se iudicio sui Superioris, in re de eius malitia non habet evidentiem: immo & medicina Cœfessarij, alteriusve boni & periti viri iudicio, afferentis quod legitimam à ieiunio habent excusationem: quia quantuus res

forte aliter haberet, excusaretur ramen à peccato per ignorantiam probabilem, cum ad illud vitandum, in tali caluid fecerit, quod faciendum esse habet communis Doctorum sententia.

228. Quintum est: dubium esse. An quando causa fuerit incerta & dubia, Parochia authoritas sufficiat ad relaxandum ieiunium. Pro cuius virtute parte authore: idem Azor. in eod cap. 18. quæst. 3. proponens: sententias ipsorum putat conciliari posse distinctione: dicendo nimirum quod ea quæ negat sufficere, locum habeat, cum est facilis: quæ vero affirmat, cum est difficultas ad Episcopum aditus. Ita vt absente Episcopo cum virginibus necessitas, Parochus tamquam supplicans illius vice, possit quædā causam faciebatur, ieiunium relaxare, eo modo quo ante dictum est, non item præsente Episcopo, qui facile alibi potest. Neque confutendum plus authoritatis in hac re tribu sse Parochio, etiam si alius Azor videtur, argumento esse potest, quod sit vnu receptum ut vi. in bonæ conscientiæ, nisi nec clausa virgines impediatur, recurrent ad episcopum pro habenda facultate soluendi ieiunium, sive in comedendo pluries, sive in vrendo cibis veritis. Nec certe apparet quæ ratione confutatur, quæ plus illi tribueret, possit rationabilis conferri. Vnde retinenda videtur sententia, Caietani in cit. cap. 3. facultatem relaxandi ieiunium Parochio de consuetudine concessam, restringentis ad casum in quo Episcopus nequit commode adiri. Quia etiam restitutio Nauar. viii in Enchir. cap. 21. nn. 21. Iraque si aliquis dubitanus num sufficietem habeat causam recurrat pro relaxatione ieiunium ad Parochum, hic ratiæ causam examinare debet: quam si certo cōperiat, nec dubiet sufficiētē est, declarabit illum posse tali de causa ieiunium solvere. Is enim, cuiusvoce etiis boni & penitit viri in iicio evidens est, se ieiunam causam habere soluendū ieiunij nulla opus habet relaxatione. Si vero ex animata inueniat incertam ac dubiam, ut erit medici deūrimentis, aut alterius boni peritique viri consilio, qui certe iudicet causam sufficiētē: contentus erit solo, sicut prius, declaratione sufficiētē. Sin autem neque hac ratione possit aliiquid certi de causa sufficiētē cognoscere, prætentente a pro relaxatione remittet ad Episcopum si commode adiri possit; aut etiam ad Papam, si talis relaxatio peregeretur quæ videretur ab solutio: a lege ieiunij Ecclesiastici; el si non adesse commodis Superioris facile audeundi, relaxare eo modo quo ante dictum est, curi communicatione in elemosynam, vel in orationes velalia pia opera, prout res postulare videbuntur.

229. Postremum est: Confessarium ut spirituale medicum posse quidem Penitenti ipsum interregantem fidem facere, quod iustum causam habeat soluendi ieiunium, si rem ita habere certo agnolcat, non autem ieiunium in dubia causa relaxare: sicut nec potest Medicus, autem alius vir peritus & bonus ab aliquo consulens: quod ex Ange. o Rosel. & Sylu. notat 47orius lib. 7. cap. 18. quæst. 4.

CAPVT DECIMVM OCTAVVM. Deiis que urgent nos ad Ecclesiastici ieiunij obseruationem.

S V M M A R I V M.

230. Vrgent nos ad ieiunij obseruationem, tum illius preceptum tum Christi & Sanctorum exemplum: de quo varijs sacra scriptura locis notantur.

231. ieiunij honestas & ieiunditas.

232. Eiusdem vestis triplex, quarum prima est, virtus comprimere.

233. Secunda, mentem cleuare.

234. Tertia, virtutem lajigiri & præmia.

235. Coniungenda cum ieiunio, vt ipsum sit meritiorum.

236. Que debeat ieiunans seruare, tanquam sibi, aut tanquam proximo, aut tanquam Deo debita.

230. Ne in examinandis causis à ieiunio Ecclesiastico excusantibus caro abhorrens ab illo, perturbe iudicium rationis, habere oportet ob oculos ea, quæ ad eiusdem ieiunij Ecclesiastici obseruationem nos vrgent; qualia sunt. Primo, preceptum gravissimum, de quo dictum est haecenus. Secundo, exemplum in primis Christi Domini, qui ieiunavit quadragesima diebus & quadraginta noctibus, sive peque e-

furiit. Deinde Sanctorum, quibus sine dubitatione idem quod Apostolo ex priori ad Corinth. cap. 9. curæ fuit, ut castigarent corpus suum & in servitatem redigerent ne reprobi efficerentur: prout contigit ei, qui epulabatur quotidie splendide Luc. 16.

In veteri Testamento Sanctorum ieiunantium exempla proponuntur. Cap. 24. Exod. vers. 18. & cap. 34. vers. 28. cap. 9. Deut. vers. 9. & 18. de Moyse: c. 20. Iudicum. vers. 26. de filiis Israël pugnantibus contra filios Beniamini: cap. 7. lib. 1. Regum vers. 6. de ijsdem congregatis in Masphat iub Samuele propheta: & ca. 31. in fine de filiis Iahes Galaad, qui sepelierunt Saulem: cap. 3. lib. 2. Regum vers. 35. de Danie ob occisum Abner durante se nihil gustaturum ante Solis occasum: & cap. 12. vers. 16. de qui monitus a Nathan, ieiunavit pro patruo ex Be. hñabœc suscepito: cap. 20. lib. 2. Paralip. vers. 3. de Iosaphat predicante ieiunium vniuerso Iuda cap. 8. lib. 1. Esdra vers. 21. de Esdra predicante quoque ieiunium & cap. 1. lib. 2. vers. 4. de Nehemia qui ieiunasse dicitur: cap. 3. Tobiae vers. 10. De Sara quæ dicitur tribus diebus, & tribus noctibus non manducasse: cap. 4. libri Esther vers. 3. De Iudeis ieiunantibus: & cap. 4. Judith. vers. 7. de ijsdem qui dicuntur humiliasse in ieiunio animas suas: quod ante factum erat à Davide dicente in Psal. 34. Humiliabam in ieiunio animam meam: & in sequen. cap. 8 vers. 6. De ipsa Iudith dicitur, quod ieiunabat omnibus diebus vita sua præter Sabbathum: & c. 36. Ieremias vers. 9. prædicatur ieiunium in conspectu Domini omni populo in Ierusalem: Danielis cap. 10. vers. 3. Danielip̄ commemorat suum ieiunium, & Ion. 3. ad prædicationem Ion. Niniuitæ ieiunant. In novo Testamento autem ieiunantium exempla habentur Math. 9. vers. 14. de discipulis Ioannis Baptiste: cap. 2. D. Lucas vers. 37. de Anna prophetissa: cap. 13. A Etiorum vers. 2 & 3. de Prophetis & Doctribus qui erant Antiochia: & cap. 14. vers. 22. de D. Paulo & Barnaba Habentur & prope innuncera ex historijs Ecclesiasticis & Patrum vitiis. Nam exemplum Christi imitariac Diui Joanni & SS. Apostolorum qui exhibuerunt seipso (iuxta D. Paulum in posteriori ad Corinth. cap. 6.) sicut Dei ministros in multa patientia, in ieiuniis, in vigilijs, &c. plurimum in hac pietatis Christianæ palestra se exercuerunt & excelluerunt.

De ieiunij honestate & ieiunditate.

S E C T I O I.

Tertio ad ieiunandum nos vrgere possunt, illius tum honestas, tum ieiunditas, tum maxime ingens illius utilitas. Honestas illius tantæ est, quantum galeæ ei oppositæ turpitudine, non modo in Christiana, sed etiam in prophana philosophia prudentius consensu damnata tanquam homine indigna. Illius vero ieiunditatem Sapiens ostendit Ecclesiastici 31. cum ait: Somnis sanitatis in homine parco, dormiet usque mane, & anima ipsius cum ipso delectabitur.] Ostendit quoque experientia: quæ constat magram ex sanitate aut sanitati diurnaria: e capitulo oblationem; sicut ex agritudine, & illius diurnitatem, & magnam molestiam. At ex ieiunio sanitatem, & ex crapula agritudinem prouenire dubium non est: quia ieiunium facit ut stomachus supra cibum prævalere possit: ad bonam illius digestionem, & proportionalem in singula membra distributionem; vnde sanitas causatur, & vita prolongatur: contrarium vero facit crapula. In quam sententiam Diuus Chrysostom in homil. De Iona Propheta. Si diligenter inquit seruiti volueris, inuenies ieiunio corpora robora: validius: & si meum respuis sermonem, medicorum te doceat disciplina, qui parcitatem, salutis nominant matrem. Nam pedum dolores, capitis vertiginem, subitanæ mortes, & cetera quibus febres, arque languores comparatur, ex luxuris atque voluptatibus ait generati: & tanquam de fonte, noxios riuos ad corporum lesiones & animalium perturbationem committit. At vero diabolus, carnis nostræ causam, quasi iustum patrocinium accipiens, interna tentatione suggerere solet, vt inquit D. August. in tractatu de vilitate ieiunij. Quia facis quia ieiunia: defraudas animam tuam, non ei das quod delectat, tibi ipsi ingeris penam, tuus ipsi tortor & cruciator existis. Deo ergo placet quod te crucias; ergo crudelis est qui delectatur penis tuis. Responde, inquit D. Aug. huic tentationi. Excrucio me plane, vt ille patcat; do de